

Codice Diplomatico Longobardo I, 16

+ In nomine domini Dei et saluatoris nostri Iesu Christi. Regnante domino nostro [Liut]prand
uiro excellentissimo rege, anno filicissimi regni eius secundo, per inductione duodecima;
feliciter. In excellis gloria est omni[po]tentis Dei et in terra pax hominibus bone uoluntatis
arbitrium addidit et declarat suoque arbitrio perfectissime capiant homane mentis absque
duuio [et] secreta Christi suspicere humilis esse propter se, sicut sta scriptura admonit
dicens: gentiis, inquit, uia celestis intuentis, spiritalis uertute precingitis suauissime agentis
hominis expectantis diei hore sexte adueniente Domino i[.....] inuocatus aduenturum. qua
inutilis fama laudator qui seculum merca[tor] et siui nulla mansio fabricator, desiderans,
mecum pertractans, quamuis breuite, ego Fortonato religiosus una cum filio meo Bonuald
uir uenerabilis presbiter nus ad sancto Domini cummandare altario et fragilis hic peritura
relinquere, dum enim domino meo Iesu Christo cumplacuet, in loco qua natis sumus, uico
qui uocator Cassiana, uno petenti consilio Deo, dignum est nus hauitare in monasterio,
petiuimus licentiam domni Talesperiani Deo gratia episcopo, et cum gratia domni Uualperi
duci nostro ciuitatis nostre Lucensis, quantum uirtus animis, et ad fondamentis fabricis
uestibulis ecclesiam constituemus in honore sancti Petri apostoli. ideoque ego suprascripto
Fortonato decreui inter me et filiis meis, ut ego pro omnibus rebus meis indefenito [offerre
campo] prope ipsa ecclesia plus minus modiorum duodeci et uergario modiloco uno prope
ipsa ecclesia; omnia in integrum, idest portiuncula mea in integrum ego Fortonato pro
mercidem et remedium anime mee offero Deo et ecclesie sancti Petri, quem mihi heredem
constitui; simol et ego Bonuald uir uenerabilis presbiter ipsa portiuncula mea, quinta pars
qui mihi ad fratribus meis aduinet, excepto campo uel uergario qualiter superius legitor,
quod in potestatem patris nostri Fortonati demisimus, omnia et in omnibus parte mea,
cultum adque incultum, mouile uel immouile seoque se mouentibus; omnia in integrum
offerо Deo et sancti Petri, quem mihi heredem constitui, tam mouile quam inmóuile, seo se
mouentibus, quidquid hauere uisi sumus uel adhuc conquirere potuerimus, ab hodierna die
firma ad ipsa sancta uertute in integro possedeat. et umquam ullo tempore ad nouis
retragendum est ad alia ecclesia aut ad alium sacerdotem quod ad nouis offertum est, nisi
qui iniui abbas fueret et quem uolueret secum hauere. et si quis filiis uel nepotibus nostris
sine coniuue Deo seruire uolueret et regulariter uiuere, ipsi fruatur in honore Domini. et si
abbas de hac luce migratus fueret et dormieret cum patribus suis, quem monaci ipsi
elegerent de eo monasterio, ipso siui aueant abba ordinatus. et si quis de nouis, quod abse,
subtragere uolueret uel proprio defendere, uacus et enanis exinde exeat; et dona nostra in
integro Deo et sancto Petro permaneat confermatam. Quam uiro cartulam dotalium ego
Sicherad axi indignus presbiter, ex iussione domni Thalesperiani uiri beatissimi episcopo
uel ex rogitus Fortonati et Bonuald presbiter, hanc cartula dotalium scripsi; et perpetui
temporibus permaneat. Actum in ciuitatem Lucense, sub die et regnum et inductione
suprascripta; feliciter. Signum + manus Fortonati uiri religiosi benefactori et conseruatori.
Signum + manus Bonuald uir uenerabilis presbiter benefactori et conseruatori. Signum +
manus Benetato filio eius consentientis. Signum + manus Roduald uiri deuoti filio eius
consentientis. Signum + manus Raduald uiri deuoti filio eius consentientis. Signum +
manus Baronte filio eius consentientis. Signum + manus Uuidicau uiri deuoti testis.
Signum + manus Uuileradu uiri deuoti testis. Signum + manus Benenato uiri deuoti testis.
Signum + manus Mauricioni uiri deuoti testis. + Et post hanc completa cartula
rememorauimus particellula nostra de oliueto in Uaccule. ego Fortonato et Bonuald parte
nostra in integrum offerimus Deo et beati sancti Petri, quem nouis heredem constituemus.

Ego Sicherado indignus presbiter hanc cartulam ex autentico fiditer exemplaui.